



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 8. Ruperti Romanorum Regis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A.C. 1410.

Joannes XXIII valde prospera habuit Pontificatus sui auspicia. Potissima enim totius Europæ pars illum legitimum venerabatur Pontificem, cum Benedictus XIII non nisi Hispaniam, Scotiam, & nonnullos Principes suo obsequio addictos amplius numeraret, licet ipse nihil inde animo fractus ac flecti nescius, magis quam unquam obfirmatum gereret animum, caussatus, Universalem Ecclesiam in castro Paniscolæ, ubi agebat, residere. Locus iste oppidum est, arce munitum in Peninsula Regni Valentiaë situm. Gregorius autem Arimini sedit vix non solus & ab omnibus ferme derelictus, si quosdam Italiaë ac Germaniaë Principes exceperis, in quorum ditionibus Rupertus Romanorum Rex amicos eidem conciliare ac fovere conitebatur.

§. VIII.

*Ruperti Romanorum Regis obitus.*

*Bzov. n. 10.* Verum & ipse Rupertus proximis post Joannis XXIII electionem diebus Oppenheimii Bojorum oppido die vigesima prima Maji vitæ cursum confecit; anno Imperii sui decimo. Papa Regis hujus obitu a maxime importuno hoste liberatus, potentem caussæ suæ fautorem sibi adjungere sperabat, si Sigismundi Hungariaë

riæ Regis electionem sua promoveret auctoritate. Quapropter missis ad S. R. I. Electores oratoribus, datisque literis eos vehementer adhortatur, atque impense rogat, ut Sigismundum de Lucemburgo Caroli IV Filium, & Wenceslai fratrem in Romanorum Regem eligerent.

## §. IX.

*Sigismundus in Imperatorem electus.*

Conveniunt Electores Francofordiæ ad imperii comitia; verum in duas partes scindebantur suffragantium studia. Nonnulli, uti Trevirensis & Palatinus Electores, necnon & Norimbergensis Burgavivus Sigismundo favebant; alii contra sua conferebant suffragia in Jodocum Moraviæ ac Brandeburgi Marchionem Caroli IV Nepotem & Procopii fratrem, qui & postmodum Imperator salutatus est. Illo autem sexto post electionem Mense ante coronationem fati functo, omnia ceterorum suffragia in Sigismundum convenere, qui etiam communi consensu Imperator confirmatus est.

## §. X.

*Cardinalis quidam a Joanne XXIII Legatus in Hispaniam missus.*

Joannes XXIII vix Pontificale folium adeptus, confestim Joannem Landulphum

*Hist. Eccles. Tom. XXV.*

S phum

*Aubery hist. Cardin. tom. 1. p. 630.*

*æcul. XV. A.C. 1410.*